



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

35. An laicus, si ex necessitate audiat alicujus confessionem, teneatur ad
Sigillum? idem à fortiori dicendum est de laico, quem pœnitens voluit
simul cum Sacerdote, audire ejus confessionem, ad ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](#)

Tractatus Octauus.

440

ex licentia pœnitentis, fit ut materia, quæ antea solum erat materia confessionis, non amplius talis sit, vnde remaneat in sua natura, consequenter solum sub naturali secreto, quare si deinde Confiliarius loquatur de eo, quod habuit à Confessario, vt daret consilium, frangeret solum secretum naturale, non autem sigillum.

2. Sed hæc opinio maximè mihi displacebit, quia tales non cognoscunt peccatum, nisi ex vi notitiae confessionis, in qua fundatur Sacerdos revelans, ergo peccatum cedit sub sigillo. Tum, quia res semper transit ad alium cum suo proprio onere, tum quia non est credendum pœnitentem dedisse huicmodi facultatem nisi cum onere sigilli. Vnde Confessarius eo modo revelans tenetur modum suæ cognitionis explicare, vt alij servent secretum debitum sacramento Pœnitentia. Et ita docet Pitigianus in 4. sent. 1.2. diff. 21. q. 2. art. 5. Turrian de penit. disp. 3. dub. 1. Ochagavia de Sacr. rr. 3. de sigillo conf. q. 5. n. 5. Fagundez pr. 2. lib. 6. c. 5. n. 20. Molcoso in sum. rr. 7. c. 1. 5. n. 7. Coelstian. in comp. Theol. mor. tract. 1. cap. 17. n. 3. Suarez in 3. p. t. 4. diff. 3. sett. 4. n. 6. Tolet. lib. 3. c. 16. n. 1. 5. S. à ver. Confessor. n. 30. Henriquez lib. 6. c. 20. n. 3. in glossa lit. S. & Praepositus in 3. p. q. 1. 1. de sigillo confessionis. dub. 4. num. 3. Vnde ex his appetit contra Onuphrium, Vasquez & Kellionium, Doctorem, seu Confessarium, cui ex licentia pœnitentis peccatum & persona eiusdemmet pœnitentis manifestatur obligari facio sigillo, quia talis DoctoR huicmodi notitiam comparauit ex confessione, nec ei data est facultas respectu aliorum videnti ea notitia. Assumptum probatur. Pœnitens non aliter crimen aperuit, quam in confessione, & non aliter veniam dedit alteri aperiendi, quam in ordine ad hoc sacramentum & vt DoctoR supplet aliquo modo defectum scientia Confessarij, & vt Confessarius pœnitentem in hoc sacramento possit dirigere, ergo DoctoR censendus est eam notitiam habere ex ipsa confessione, & in ordine ad claves, seu vt Confessarius debet suo munere in hoc sacramento fungatur.

3. Notandum est tamen esse etiam personas alias, quae ad sigillum confessionis tenentur. Dico primè teneri ad obligationem sigilli Sacerdotem excipientem confessionem. Secundò laicum, qui se gerit tamquam Sacerdotem, Tertiò interpretem, qui est instrumentum pœnitentis, & qui proxime concurret ad explicationem peccatorum. Quartò eum, qui inculpatè audiuit alterius confessionem, & multo magis eum, qui sua culpa audiuit, vt qui se furtivè ingelit ad audiendum. Quintò eum, qui peccatum audiuit pro quanto ex Confessario ablique licentia pœnitentis. Sexto in Ref. 37. & eum, qui alterius rudit confessionem deserbit, vt si pro quinto in Ref. 41. & in aliis earum in Ref. 39. & ad audiendum. Quinque eum, qui peccatum audiuit pro quanto ex Confessario ablique licentia pœnitentis. Sexto in Ref. 37. & eum, qui alterius rudit confessionem deserbit, vt si pœnitentis petat ab aliquo peccata sua describi, vt ea melius possit in confessione recensere, quia hoc modo inchoatur confessio. Septimo Superiori, cui Sup. hoc septimo supra in Ref. 13. q. vlt. 1. de sigillo confessionis. dub. 4. à n. 32. usque ad n. 35. Sed de aliquibus personis ex supradictis in particulari inquirendum esse puto. Quæro igitur:

RESOL. XXXIV.

An si pœnitens confiteatur cum laïco existimans posse in absentia Sacerdotis absoluiri, teneatur laicus celare peccata audita sub Sigillo? Ex part. 10. tr. 11. Ref. 13.

Super hoc in Ref. preterita §. vi. censum in v. secundo laicum, & in Ref. seq.

§. 1. Negatiuam sententiam docet Petrus de Ochagavia de Sacr. rr. 3. de sigillo quest. 2. num. 6. vbi sic ait: Quid si laicus confiteatur laïco ex devotione, quanvis vera censeatur, propter igno-

rantiā, confessio, non tenetur audiens ferare sigillum confessionis, quia neque est Sacerdos, neque talis existimatur, ignorantia enim iuriis non sufficit ad obligandum ad feceritum sigilli, siue ignorantia facti, quare ille laicus poterit in aliquo casu reuelare peccatum, quod non possit Sacerdos Confessarius ita ille, & post illum Tanner. Tom. 4. disp. 5. q. 9. dub. 6. num. 1. 39.

2. Verum ego adhaereo contraria sententie, quam docet doctoR Hurtado de Sacram. diff. 1. 2. diff. 3. vbi ita afferit: Si pœnitens confiteatur laïco, existimans eum posse in absentia Sacerdotis Confessarij abluere, tunc laicus ille tenetur sigillo confessionis, non minus quam qui se fixit Confessarij, quia tunc cognovit peccatum ex confessione intentionaliter sacramentali. Si doctissimus Hurtado Civetiam addendus ex eadem Illustrissima Religione Societas Iesu Ioannes Praepositus in 3. p. q. 1. de sigillo, dub. 2. n. 22. vbi sic afferit. Si quis confiteatur non Sacerdoti etiam laïco, bona fide putans eum Sacerdotem inducitur sigilli obligatio, quanvis enim talis confitit a parte rei non sit sacramentalis, prudentis tandem estimatione putatur talis a pœnitente, cum error citius ministrum non sit formalis, & circa conditionem ministri, sed solum materialis, & facti, qui error non debet collere obligationem sigilli, & nocere pœnitenti bona fide procedenti. Hæc ille, nec alterius intendum puto.

RESOL. XXXV.

An laicus, si ex necessitate audiat aliquis confessionem, teneatur ad Sigillum?

Idem à fortiori dicendum est de laïco, cuius penitus volunt simul cum Sacerdote audire confessionem ad maius erubescientia meritum.

Et notandum quod in supradicto casu etiam si laicus nuntiatur ad sigillum confessionis, teneatur tamen maximo secreto naturali, neque pro aliqua causa debet illud infringere, etiam adhibito iuramento, & potius nuntiatur mortem subire, quam secretum illud naturaliter aliquo modo violare.

Sequitur etiam huicmodi laicum assumpit a pœnitente loco Sacerdotis, etiam si audiat delictum aliquod ex confessione illius non posse tamen à iudice compelli ad illud iudicitaliter manifestandum, neque in eo iudicem posse fundare inquisitionem aliquant.

Ex part. 5. tr. 1. Ref. 14.

§. 1. Negatiuam sententiam tenent communiter recentiores, Pitigianus in 4. sent. 10. 1. diff. 2. 21. q. 1. 2. art. 3. Hurtado de Sacram. diff. 11. de 11. 1. pœnitent. diff. 5. Valquez in 3. part. tom. 4. q. 1. 2. art. 4. dub. 2. Suarez in 3. sett. 2. Cominch de Sacram. diff. 9. dub. 1. num. 4. Henriquez lib. 3. de pœnitent. cap. 19. num. 8. Toletus lib. 3. cap. 1. 6. num. 5. Sotus in 4. diff. 18. q. 1. 2. art. 7. & alij. Et ratio est, quia talis laicus non cognoscit peccatum ex confessione sacramentali adhuc intentionaliter, quia non fuit facta vero iudici. Et à fortiori idem dicendum est, cum Maldero tract. de sigillo, c. 13. de eo laïco, quem pœnitens volunt simul cum Sacerdote audire confessionem ad maius erubescientia meritum, non enim tenetur ad sacram sigillum sacramenti Confessarij.

2. Sed his non obstantibus Fagundez præcepit, lib. 6. cap. 6. numer. 5. ex Graffio, Vinaldo, Adriano, Paludano, Nauarro & aliis, docet in tali casu laicus cum teneri ad sigillum confessionis, quia simile ac confessio sit in forma sacramentali, & ad modum sacramentalis confessionis adnexam habet obligationem sigilli: nam sigillum introductum & in

De Sigillo Confessionis Ref XXXVI. &c. 441

& in honorem ac venerationem sacramenti , & in fauorem p̄enitentium , & fauores sunt ampliandi , ita vt non solum intelligantur de sacramentali confessione , sed etiam de illa , quia ad modum confessionis sacramentalis fit ; cum dolore , & pro necessitate , sive fiat laico , sive non . Ita Fagundez , qui repondet ad argumenta , que pro negativa sententia adducit Suarez.

3. Notandum est tamen cum Onuphrio opus. de sigillo , s̄. 3. q. vni. dub. 5. quod licet supradicta opinio negativa esset vera , tamen in tali casu laicum , etiam si non teneatur sigillo sacramentali , teneri tam maximo secreto naturali (loquuntur autem in casu , quo laicus assumitur loco Sacerdotis) neque pro aliqua causa debere illud infringere , etiam adhucbito iuramento , & potius tenetur mortem subire , quam secretum illud naturale aliquo modo violare . Sequitur secundū huiusmodi laicum assumptum à penitente loco Sacerdotis , etiam si audiat delictum aliquod ex confessione illius , non possit tamen à iudice compelli ad illud iudiciale manifestandum , neque eo in iudicem posse fundare inquisitionem aliquam ; & ratio est , quia delictum illud sic auditum , non pertinet ad forum externum allicius iudicis , unde non potest de illo aliquo modo inquisitio fieri à iudice etiam Ecclesiastico . Sed ex his oritur alia difficultas .

RESOL. XXXVI.

An qui se fingit Sacerdotem teneatur ad sigillum? Ex part. 5. tr. 1. Ref. 15.

§. 1. Huiusmodi fictionem Sacerdotem non teneri tali confessione audiuit , tradit Toleatus lib. 3. c. 6. numer. 13. cum aliis . Et ratio est , quia confessio facta est . Si quis coram falso Sacerdote non est sacramentalis , ergo neque potest habere sigillum , neque obligare alios ad sigillum sacramentale . Et hanc opinionem tenet nouissime Onuphrius opus. de sigillo s̄. 3. q. vni. dub. 4. vbi probat confessionem sacramentalem , & consequenter ad sigillum duo requiri . Primum , vt fiat confessio coram habente auctoritatem ; secundum , vt fiat à p̄enitente animo percipiendi sacramentum . Vnde in aliqua confessione , licet ex parte p̄enitentis sit animus percipiendi sacramentum . P̄enitentia , & alia omnia , quae penes p̄enitentem requiruntur , si tamen deficit primum , quod maximum requiritur , auctoritas scilicet , ex parte audiens , non erit confessio sacramentalis , & consequenter neque sigillum , propriè , & formaliiter loquendo , & contra si p̄enitentis non sit animus percipiendi sacramentum , sed potius sit animus contrarius illudendi , scilicet Confessarium , neque sit illi aliqua mens p̄enitendi , etiam si auctoritas in audiente , neque erit confessio sacramentalis . Quare ad confessionem sacramentalem tantum illa duo videntur necessaria , vt scilicet fiat à p̄enitente animo percipiendi sacramentum , & præterea quod maximè requiritur , vt fiat coram habente iuridictionem .

2. Verum licet haec opinio olim mihi arriserit , nunc contraria placet , quam tuerit Valboam de Magrouiejo in lect. Salmat. tom. 2. cap. omnis utriusque Iesus , num. 64. Mæratius in D. Thomam , tom. 3. tract. de sacrae Parvii , disp. 32. s̄. 2. num... Raynaudus de monitor. part. 3. cap. 3. quæst. 4. Suarez in 3. parte , tom. 4. disp. 33. s̄. 2. n. 4. cum D. Antonino , Soto & Adriano , quibus ego addo doctum Ochagaviam de Sacramentis , tract. 3. de sigillo confessionis , quæst. 1. n. 4. vbi sic sit . Hinc sequitur cum communī sententia cum ,

qui singens se esse Sacerdotem Confessarium , cum bona fide p̄enitentis audie confessionem , teneri ad sigillum . Probatur , quia p̄enitens confitetur bona fide & intentione sacramenti efficiendi : ergo debet ei seruari sigillum , alias ipsi sacramento & p̄enitenti maxima fieret iniuria , quia omnia necessaria sunt ut sacramentum de se onerolum , suave redditur . Dicendum est igitur ad obligationem sigilli non requiri confessionem esse ex omni parte absolvitam , & perfectam , nam licet p̄enitens non absolvatur propter indebitam dispositionem , si tamen habeat animum recipiendi verum sacramentum , & ex tali animo confessus est , tuerit Sacerdos ad seruandum sigillum , alias maxime retrahentur homines à confessione : ergo , &c.

RESOL. XXXVIII.

An qui casu audiuit peccata alicuius , teneatur ea non manifestare sub sigillo?

Et quid si ex industria quis audiuit alterius confessionem sacramentalem?

Idem est dicendum de eo , qui intelligit mutum per mutuus , & signa , vel quempiam surdas strum altius consentientem . Ex part. 5. tr. 1. Ref. 16.

§. 1. Ignerius & Tabiena assertunt tam illum , Sup. dubius qui casu quām qui ex industria accedit , tenebuntur ad celandum sub peccato mortali , non tamen propriè sigillo sacramentali , sed secreto quadam per participationem facio . Sotus in 4. dist. 18. quæst. 14. art. 5. ait . Si quis casu audiat peccata confessa , quia §. vit. verl. forte p̄enitens recitat alta voce , teneri illa sub mortali peccato celare secreto naturali , non sacramentali ; si vero ex industria audiat , teneri tunc ad sigillum , & grauiter puniendum est , si illa revelet aliis , non tamen puniendum est illi ipsi poenis , quia infliguntur à Canone : & ita Tannerus tom. 4. disput. 6. quæst. 9. dub. 6. num. 134. docet , casu audiентem confessionem teneri inuolabili secreto , non tamen facio sigillo .

2. Sed affirmativam sententiam tuendam esse putto . Dico igitur quod si ex industria , quis audiat alterius confessionem sacramentalem teneri sigillo ad illam celandum . Et ita asserunt Doctores , quos citat Onuphrius opus. de sigillo , s̄. 3. quæst. vni. dub. 3. quibus ego addo Fabrum de penitent. in 4. sent. dist. 19. quæst. vni. dis. 34. cap. 2. numer. 19. Pitigianum in 4. tom. 2. dist. 21. quæst. 2. art. 5. Megala in 1. par. lib. 1. cap. 16. num. 5. Valboam de Magrouiejo in lect. Salmat. tom. 2. e. omnis utriusque sexus , de panit. & remiss. num. 63. Mæratius in D. Thomam , tom. 3. disp. 32. s̄. 2. num. 1. Fagundez precept. 2. lib. 6. cap. 6. num. 25. Suarez in 3. part. tom. 4. dispu. 33. s̄. 2. num. 7. Moscovi in summa , tract. 7. cap. 15. num. 5. Cœlestinum in compend tract. 1. cap. 17. num. 3. Reginaldum tom. 1. lib. 3. cap. 3. num. 26. Kellisonum tom. 2. in 3. part. quæst. 1. art. 5. dub. vni. co. Præpositum in 3. part. quæst. 11. de sigillo , dub. 4. num. 33. Granado de Sacramentis , centruo , 7. tract. 11. dis. 4. num. 1. Malderum tract. de sigillo , cap. 14. Mercerum de Sacramentis , in 3. part. quæst. 11. art. 3. & Hurtadum de Sacramentis , disp. 12. de panit. dist. 3. Probatur haec opinio contra Sotum , quia sic audientes confessionem , sive casu , sive ex industria cognoscunt peccata ex confessione sacramentali : ergo obligantur ea celare sub sigillo . Deinde res transit cum suo onere : ergo cum confessio in se contineat sigillum , ad quemcumque transeat , semper transit cum hoc sigillo ; ergo vel ille , qui audit confessionem alterius , audiat casu , vel industria , qui audit confessionem ,